



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vitis Aqvilonia seu Vitæ Sanctorvm Qvi Scandinaviam  
Magnam Arctoi Orbis Peninsvlam Ac præsertim Regna  
Gothorum Sueonumq[ue] olim rebus gestis illustrarunt**

**Vastovius, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXIII.**

Torstenus M.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38534**

TORSTENVS MARTYR  
FLORVIT EODEM CIR.  
CITER TEMPORE.

**T**ORSTENVS nobilis viri cuiusdam in Vestrogothia  
Bubsequa in more habuit permisiss libere armen-  
tis per loca compascua & nemora errare, ad quod  
dam saxum quod aræ loco habuit precibus Chri-  
stiano ritu vacare. Cumque inibi totum ferme diem mora-  
tur, nocte appetente armēta semper salua & integra reuerte-  
bantur. Astu Heri tamen, cui religio Torsteni vtpote gentili  
dispicuerat, taurus (quē ipse in sylva clam ad arborem ligar-  
rat) desiderari visus: vnde ansam armentarium calumniandi  
nactus, ipsum ad saxum tanquā Christi vietimam maestauit.  
Nec impune scelus cessit, siquidē sensim pecora interire cæ-  
perunt, adeò vt coniunx maritum incusare, & interemptum  
non dubitauerit sanctum prædicare. Forte tunc lanienam fe-  
ceratherus, & bouem futurum escam familiæ maestatum ex-  
coriatumq; ante se habebat. Quo tempore queribundam cō-  
iugem Torstenilaudes prosequi, se vero probris impetiaudi-  
uit. Verum cachinnis dicta eius excipiens, in has voces pro-  
ruperit. Tam inquit Torstenum tuum quem sanctum & in cælis viuere existi-  
mas, plane ita viuum credo, prout hunc bouem quem in frusta cædendum conspi-  
cis. Mirum dictu vix verba finiueraut, cum è vestigio bos in pe-  
des se erexit, viuus stupore omnibus qui adstabant attonitus.  
Quare facellum in loco eodem erectum multaque miracula  
præsertim in pecorum curatione patrata.

Torstenus Christanus heros Ethnico seruit. Afidue ad saxum Deoprecessus fundit, pecoribus semper saluus.

Mastatur ab hero ad idem saxum. Pecora sensim hero in panam intereunt.

Beatus & innozens ab hera predicatur martyris. Miraculum in boue dilaniatio rediuiuo. Sacellum ei datum vbi miracula sunt.

*De eo Scriptores nonnulli rerum Sueticarum.*

F BOTIL-